Quelle: https://manuscripta.at/?ID=388
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift

sanctus. non ideo est a se ipso diuersus. quia signa diuersa sunt. Multum
enim diuersa sunt etiam leo & agnus. & tamen utroq; significat ihesum xpm. Leo propter
aliud. agnus propter aliud. nisi tu alius. quia nec fortis est agnus. nec innocens
leo. Xpc autem & innocens est ut agnus. & fortis ut [illegible] leo. Dicit enim apud
ysaiam ipse xpc christus. Spc dni super me. propter [illegible] quod unxit me. Et
ego factus sum olybrius illis. per mortem crucis. Xpc enim nos redemit de ma-
ledicto legis. factus pro nobis maledictum. Viderunt me & mouerunt capita
sua. & uiderunt pependisse. nisi uiderunt resurgentem. Uiderunt quando genua
eius sunt infirmata. nisi uiderunt quando caro eius est immutata. Adiuua
me dne ds mis. saluum me fac secdm miam tuam. Hoc ad totum referri potest.
id est & ad caput & ad corpus. Ad caput propter formam serui. ad corpus
propter ipsos seruos. Potuit enim & in eis dicere deo. adiuua me & saluum
me fac in quib; saulo dixit. quid me persequeris. Quod autem addidit secdm
miam tuam. gratuita gratia commemorat. nisi ex operum debito. Et sciant quia
man tua hec. & tu dne fecisti eam. [illegible] De his dixit. [illegible] sciant quia
qb; seruientib; & orauit. quia in eis quib; factus est olybrius mouentib; in ea
illusione capita sua. erant & his qui in eum posita crediderunt. Oscant
autem quia formam humani corpis do tribuunt. quom habent ds manuum.
Si enim quod facit manu facit. numquid & ipsam manum suam manu fecit. Quo
modo quia hic dictum est. & sciant quia man tua hec. & tu dne fecisti eam.
Intelligam itaq; manum dei esse xpm. Unum alibi dnm. & brachium dni cui
reuelatum est. Hec man & erat & fecit eum. quia in principio erat uerbum. &
uerbum caro factum est. & erat sine tempe secdm diuinitatem. & fecit
eam ex semine dauid secdm carnem. Maledicent illi. & tu benedices.
Vana est quia & falsa maledictio filiorum hominum diligentium uanitatem. &
querentium mendacium. Ds autem cum benedicit. facit quod dicit. Qui in-
surgunt in me confundantur. Ut enim insurgant. aliquod se aduersus me pa-
ficere arbitrantur. Sed cum exaltatus fuero sup celos. & esse cepit sup omnem
terram gloria mea. confundentur. Seruus autem tuus letabitur. siue in dextera
patris. siue in suis mbris letantib;. & mit temptationes in spe. & per temp-
tationes in eternum. Induantur qui detrahunt mihi pudore. id est pudeat eos de-
traxisse mihi. Sed hoc potest & in bono accipi dum corrigunt. Et operiant
sicut dyploide confusione sua. Dyploys. duplex pallium est. Hanc quia
& sic interpretati sunt istum uersum. & operiant sicut pallium duplex confu-
sione sua. Intelligit autem confundantur & intus & foris. id est & coram deo
& coram hominib;. Confitebor dno nimis in ore meo. Nimis dici